Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manipulus curatorum

Guido <de Monte Rocherii>

[Straßburg], 9. Feb. 1489

Capitulum secundum tercie partis. De petitionibus orationis dominice

urn:nbn:de:bsz:31-248607

Visual Library

dere sicut sancta Romana eccl'ia credit. Et si q̃d min⁹ bñ di-
xerim totũ reuoco ⁊ totũ habeat p̃ non dicto

De petitõibus oratõis dominice.

Capitulũ II.

Modum ⁊ formã orãdi saluator tradẽs dixit Math.
vi. et Lu. xi. Cũ oratis dicite. Pater nr̃ q̃ es in celis
⁊c. Circa qd̃ notandũ est q̃ ista oratio excellit oẽs
orões in triby. Primo rõe magistri q̃ eam ꝓposuit: q̃ fuit chri-
stus ver⁹ deus et homo ver⁹. in quo oẽes thesauri sapiẽtie
⁊ sciẽtie dei sunt abscõditi. Quãto ergo magister q̃ istã orati-
onẽ cõposuit excellit oẽs alios magistros: tãto ista oratio
excellit oẽs alias oratões. Unde vocat ista oratio dñica orõ
qz dñs dñantiũ eã cõposuit ⁊ ordinauit. Secõdo excellit oẽs
alias orões rõe forme. Est enĩ oratio brevissima. ita q̃ nemo
potest se excusare ⁊ dicere q̃ ratõe plixitatis sue generet tediũ
vel fastidiũ. Notandũ tñ q̃ licet vt dictũ est sit brevis ĩ ver-
bis. est tñ multũ pfunda in sensu ⁊ ad impetrãdũ efficacissi-
ma. Unde de ea dicit sapiẽs. Brevis oratio penetrat celos.
Tercio excellit oẽs alias orões rõe materie de qua est. In ip-
sa eñ continent omnia necessaria tã in vita ista q̃ in alia.
Unde notandũ q̃ saluator in ista oratõe sic pcedit. qz primo
docet nos captare dei beniuolẽtiã. Secõdo docet nos orandi
modũ et formã. Primũ facit cũ dicit. Pater noster ⁊c. Secũ
dũ facit cũ dicit. Adueniat regnũ tuũ ⁊c. Circa pmũ duo fa-
cit. Primo docet nos captare dei beniuolentiã. Secõdo docz
nos optare orõis efficaciã. ibi sanctificet nomen tuũ ⁊c. Dici
mus ergo. Pater noster q̃ es in celis ⁊c. Ubi primo confite-
mur deũ esse omniũ rex principiũ. qz pater. Secõdo allegam⁹
nostrũ priuilegiũ. qz dicimus noster. Tercio nominam⁹ no-
men ei⁹ ppriũ. ibi. qui es. Quarto assignam⁹ sibi certũ domi-
ciliũ. qz in celis. dicim⁹ g̃. pater noster q̃ es in celis. Ubi sciẽ-
dũ q̃ pm qd̃ dicit Eberhard⁹. pater accipit q̃nq̃ modis. qz
pmo dicit pater rõe cure. alio mõ ratõe geniture. alio mõ ra-
tõe etatis. alio modo ratiõe honoris. alio mõ rõe creatõnis.
Istis quinq̃ modis deus est pr̃ omniũ. Primo ratõne cure

De oratōne dominica.

Ita dicit Paul⁹ apl's dicēs. Oēm solicitudinē vr̄am ponē-
tes in deū. qꝛ ip̄e curat de oīb⁹. vt ip̄emet dicit christ⁹ ī Ma-
theo. Nolite soliciti esse dicētes. q̄d mā̄ducabim⁹ aut q̄d bi-
bem⁹: aut q̄ opiemur. scit em̄ pater vr̄ celestis qꝛ his om̄ibus
2 indigetis. Scd̄o deus est pater oīm rōe geniture. Uñ de eo
dicit apl's. Uolūtarie genuit nos verbo veritatꝭ. vt sim⁹ ini
tiū aliqd̄ creature ei⁹. Uñ q̄libet p̄t dicere illud p̄s. Dñs di
xit ad me fili⁹ meus es tu ego hodie genui te. Et de q̄lib⁹ di-
cit de⁹ illud qd̄ dicit̄ in. ij. lib. Regū. Ego ero illi in patrē ⁊ ip
3 se erit mihi in filiū. Tercio de⁹ est pater rōe antiq̄tatis. Uñ
de eo dicit Daniel. Antiqu⁹ dieꝝ sedit ⁊ libri vicꝫ ꝯsciētiarū
ap̄ti sunt corā eo. Uñ oēs possum⁹ dicere qd̄ dic̄ apl's. Unū
4 p̄rem habem⁹ deū. Quarto de⁹ est pater oīm rōne honoris.
qꝛ deū habem⁹ honorare spēali honore ⁊ reuerētia. q̄ a do-
ctorib⁹ dicit̄ latria. q̄ honor nulli creature debꝫ exhiberi nec
decet. Uñ q̄libet debet dicere illud qd̄ dicit̄ ī Matheo. Cō
fiteor tibi dñe pater celi ⁊ terre. ita q̄ ꝯfiteri ibi idē est qd̄ lau
5 dare siue honorare. Quīto de⁹ ē pater oīm rōe creatōis. Uñ
Moyses. Nunq̄d ñ ip̄e est de⁹ q̄ possedit te. fecit te: ⁊ creauit
te. Uñ ex h̄ qd̄ dicim⁹ p̄r habem⁹ fiduciā ad obtinendū illd̄
quod in illa orōe petimus. Uñ possumus arguere sic. pater
dat filio illud qd̄ petit ab eo dūmodo illud qd̄ petit sit iustuꝫ
⁊ filio necessariū. sed de⁹ est pater oīm ⁊ illud qd̄ petim⁹ ī ista
orōe est iustissimū ⁊ valde nobis necessariū. q̄re fiduciā habe
mus q̄ deus totū dabit nobis. Et fundat̄ ista rō sup̄ verbuꝫ
saluatoris in Luca vbi dicit sic. Si vos cū sitis mali nostis
dare bona filijs vr̄is. q̄nto magis pater vr̄ dabit sp̄m bonū
petentib⁹ se. q̄si dicat. q̄ imo dabit. Scd̄o ī ista orōe allega
mus nostꝝ p̄uilegiū. cū dicim⁹ nr̄. Uñ notādū q̄ q̄ꝫuis ut di
ctū ē de⁹ sit p̄r oīm illis q̄nq̄ modis. tñ nos q̄ sum⁹ regenera
ti ī christo possum⁹ dicere spēaliter pater noster. Uñ ip̄e ē p̄r
nr̄. qꝛ nos sum⁹ ab eo liberati mis̄icordi⁹. adoptati speciali⁹.
educati nobili⁹. īformati salubrius. Dico q̄ de⁹ ē spēalit̄ p̄r
noster. qꝛ nos christiani sum⁹ ab eo redēpti siue lib̄ati mis̄i-
cordius. vñ possum⁹ de eo dicere illd̄ qd̄ dicit̄ in Apocalipsi

Redemisti nos deo in sanguine tuo. De qua redemptõe dic̃
beatus Petr⁹. Nõ ex corruptibilib⁹ auro vel argẽto redẽpti
estis de vana vestra cõuersatõe: sed p̃cioso sanguĩe immacu/
lati agni dñi nostri iesu christi. Secũdo dico ꝙ de⁹ est spẽali
ter pater noster. qꝛ nos christiani sum⁹ ab eo adoptati speci/
ali⁹. Et de hoc dicit apl'us. Misit de⁹ spiritũ filij sui in cor/
da vestra in quo clamam⁹ abba pater: vt adoptõez filioꝝ dei
recipemus. Tercio dico ꝙ de⁹ est specialiter pater nr̃. qꝛ nos
christiani sum⁹ ab eo educati nobili⁹. In sacramẽto eĩ eucha
ristie pascit nos de⁹ corpe ⁊ sanguĩe christi. Ita dicit ip̃emet
christ⁹ in Johãne dicẽs. Caro mea vere ẽ cib⁹ ⁊ sanguis me⁹
vere est potus. De isto cibo dicit p̃s. Panẽ angeloꝝ mãduca
uit homo. De quo pane dicit christ⁹. Qui mãducauerit ex h̃
pane viuet ĩ eternũ. Unde eccl'ia tantũ beneficiũ recog̃scens
in vocẽ gr̃arũ actõis ꝓrũpens dicit. O q̃ꝫ suauis est dñe spi/
ritus tu⁹ in nobis. vt eĩ dulcedinẽ tuã in filios demõstrares
pane de celo p̃stito esuriẽtes humiles reples bonis: fastidio/
sos diuites dimittẽs inanes. Quarto dico ꝙ de⁹ est specialit̃
pater noster. qꝛ nos christiani sum⁹ ab eo informati salubri⁹
⁊ hoc ꝑ doctrinã euãgelicã: que sola est doctrina salutifera ⁊
salubris. Et istã doctrinã petebat dauid cũ dicebat. Bonita
tẽ ⁊ disciplinã ⁊ sciẽtiã doce me. De ista doctrina dic̃ sapiens
Audi fili mi disciplinã patris tui. Ex hoc ergo qd̃ dicimus
pater noster habem⁹ fiduciaꝫ ꝙ illud qd̃ a deo petimus medi
ante orõe dabit nobis. vt arguam⁹ sic. p̃ncipale trahit ad se
minus p̃ncipale et assessoriũ. extra de ꝯse. ec. vel alta. c. si eccle
siam. li. vi. sed de⁹ dedit seip̃m nobis. ⁊ ideo vocam⁹ eũ nostꝝ
⁊ respectu ei⁹ om̃ia sunt accessoria. Ergo certi sumus ꝙ ista
dabunt̃ nobis a deo. Et fundat̃ ista ratio sup̃ verbo apl'i di/
cẽtis in epl'a ad Ro. viij. Si de⁹ ꝓ nobis quis cõtra nos. q̃
etiã ꝓprio filio suo nõ pepcit sed ꝓ nobis om̃ib⁹ tradidit eũ.
Quõ nõ etiã cũ illo oĩa nobis donauit. q̃si dicat ĩmo. Tercõ
in oratiõe ista nominam⁹ nomẽ dei ꝓpriũ cũ dicim⁹. qui es.
Circa qd̃ sciendũ est ꝙ q̃ꝫuis s̃m doctores in vita ista nescia/
mus nomẽ ꝓpriũ dei. tamẽ inter alia noĩa que dicunt̃ de deo

ad optati

Educati

Informati

Qui es

De oratõe dñica.

istud nomen qui es est magis ppum. qd patet ex hoc. qr moy si interrogãti qd respõderet filijs israel si introgarẽt qd esset nomẽ ppriũ dei. dixit deus. sic dices filijs israel. qui est misit me ad vos. Dicim⁹ ergo deo: q es. qr deus est firma entitas nunq̃ deficiẽs sed oẽs pficiẽs. summa bonitas oĩb⁹ sufficiẽs pura veritas oẽs erudiẽs. ꝛa charitas oẽs reficiẽs. Primo dicim⁹ deo q es. qr ipe est firma entitas nunq̃ deficiẽs. Unde ipe dicit de se in Exodo. Ego sum q sum. Et ps. A secl'o vsq̃ in seculũ tu es. Secdo dicim⁹ deo qui es. qr deus ẽ summa bonitas omnib⁹ sufficiẽs. Unde iuueni vocãti se bonũ dicit christ⁹. Nemo bon⁹ nisi solus de⁹. Et de deo dicit ps. Bon⁹ es tu ⁊ in bonitate tua doce me iustificatões tuas. Et apl'us Sufficiẽtia nr̃a ex deo est. Tercio dicim⁹ deo q es. qr de⁹ est pura veritas oẽs erudiẽs. Unde dicit christ⁹ in Johanne. Ego sum via veritas ⁊ vita. Et in Matheo. Agr̃ scimus qr verax es ⁊ viã dei in veritate doces. Quarto dicim⁹ deo. q es. quia deus ẽ vera charitas omnes reficiẽs. Unde in pma canonica Johãnis. Deus charitas est: ⁊ q manet in charitate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. Et ipemet dicit in Matheo. Uenite ad me omnes q laborãtis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiã vos Dicẽdo ergo. q es. fiduciã habemus q deus q est firma entitas nulli deficiet sed omnes pficiet. qr est summa bonitas oĩbus sufficiet. quia est pura veritas omnes erudiet. qr est vera charitas oẽs reficiet. Quĩto dico q in ista orõe captãdo dĩ beniuolentiã assignam⁹ sibi certũ domiciliũ. cũ dicim⁹ in celis. Circa qd notandũ q celũ quo ad nũc est q̃drplex. qr est celũ supnaturale. materiale: spũale ⁊ ĩtellectuale. Celũ supnaturale est ipa trinitas. ⁊ de isto celo dicit in Genesi. Suspice. i. respice celũ. i. ipam trinitatẽ. ⁊ numera stellas. i. ei⁹ pfectiones ⁊ pp̃etates si potes. Celũ materiale q̃ ad nũc est celũ empyreũ. de quo dicit Gen̄. i. In pncipio creauit deus celum et terrã. qd ꝓm Strabũ intelligit de celo empyreo. Celũ spũale est deuota aĩa. de quo ps. Dñs in celo sedes ei⁹. Celũ intellectuale est natura angelica. de q ibidẽ. Uerbo dñi celi firmati sunt. i. angeli ꝓfirmati sunt in bono. Et in qlibet istor celor

quid sit deus

Certe dominium dei

quadruplex nota

est de⁹. qz in ꝑmo celo. i. in trinitate est indiuisus ꝑ essentiam. In scdo celo. i. in empyreo ē clare visus ꝑ gl'iaz. In tercio celo. i. ī aīa deuota ē ī habitās ꝑ grāz. In qrto celo. i. ī naka āgelica est ipam eleuās ꝑ excellētiā. Dico ꝑmo q de⁹ est ī ꝑmo celo. i. ī trinitate indiuisus ꝑ essentiā. ⁊ de hoc dicit ī ꝑma canonica Johis. Tres sūt q testimoniū dāt ī celo: pr verbū ⁊ spiritusscūs. hi tres vnū sunt vicz ꝑ essentiā. Secdo dico q de⁹ est ī scdo celo. i. ī empyreo clare visus ꝑ gl'iam. Et de B dr in Apocal'. Aptū ē ostiū ī celo ⁊ archa testamēti visa ē. Archa testamēti ē de⁹: q vt dic apl's Heb. ix. noui testamēti mediator est. Tercio dico q de⁹ ē ī tercio celo. i. in aīa deuota. ibi inhabitās ꝑ grāz. Unū ps. cxxij. Ad te leuaui ocl'os meos q habitas ī celis. i. in aīab⁹ deuotis. Quarto dico q de⁹ est in qrto celo. i. in angelica natura ipaz eleuās ꝑ excellentiā. Unū psal. viij. Eleuata est magnificētia tua sup celos. i. sup nouē ordines angelorū. Dicēdo g in celis habem⁹ fiduciā q qz de⁹ est in ꝑmo celo in ipm trāsformabimur. qz in scdo ꝑ ipm inhabitabimur. qz in tercio ꝑ ipm vinificabimur. qz in qrto ꝑ ipm eleuabimur. Et sic terminat ꝑma pars dñice orōis ī q captamus dei beniuolentiā. Sexta pars dnice orōis

Sequitur scda pars dñice orōis in qua optamus siue petim⁹ orōis efficaciā dicēdo. Sanctificet nomē tuū. Et est ꝑma petitio in ordine sed ē vltima in re seu in intētōe. Circa qd sciendū est q ad B q oratio nostra habeat efficaciā. i. q exaudiat a deo reqrūtur qtuor. s. q fiat cū firmitate fidei. cū bonitate rei. cū deuotōe animi. ⁊ q fiat ī noīe christi. Dico ꝑmo q ad B q orō habeat efficaciā optz q fiat cū firmitate fidei. Sicut enī instrumētū ē ī efficax nisi sit debito signo signatū: ita orō nra est ī efficax nisi sit signaculo fidei signata. Et ideo dicebat christ⁹. Quicqd orātes petitis credite. i. signaculo fidei signate: ⁊ accipietis ⁊ fiet vob. Unde dicit Joh. ix. c. Scim⁹ qz pctōres de⁹ nō audit. Ut aūt dic apl'us Ro. xiiij. Omne qd nō ē ex fide pctm ē. ⁊ ideo vt dicit christ⁹ Joh. iiij. Veri adoratores adorabūt pr̄em in spū ⁊ veritate. i. fidei. Secdo dico q ad B ut orō habeat efficaciā optz q fiat cū bonitate rei. i. q ī orōe nō petā iania sz vtilia. sicut

Ad quod dicendum ... reqrunt

Sanctificet

Mt. 11 c

cū bonitate rei

De oratōne dominica.

enī libell⁹ ineptus ē nnll⁹. ita orō ieptā ē nulla. In cui⁹ signū
dicit apl's Jaco. iiij. Petitis ⁊ nō accipietis eo q̄ male petatis
Tercio dico q̄ ad ℟ q̄ orō habeat efficaciā optz q̄ fiat cū de/
uotōe animi. Sic ei ad ℟ vt fum⁹ ascēdat de thuribulo optz
q̄ sit ibi ignis. ita ad ℟ q̄ orō ascēdat ad deū optz q̄ sit igne d
uotōis accēsa. In cui⁹ signū legit Apoc. viij. Stetit angel⁹
dñi añ altare habēs thuribulū aureū ī manu sua. ⁊ data sunt
ei icēsa multa. q̄ sunt orōes sctōr. ⁊ ascēdit fum⁹ incēsorū de
orōibz sctōr. de manu āgeli. Ideo petebat dauid ī ps. Dirigā
tur dñe orō mea sic incēsum ī cōspectu tuo. Quarto dico q̄
ad ℟ q̄ orō habeat efficaciā optz q̄ fiat ī noie christi. Sic enī
illd qd pcurator agit nō valet nisi agat nomīe pcuratorio. ita
cū sum⁹ orādo pcuratores christi: si volum⁹ exaudiri optz q̄
petam⁹ ī noie christi. Unde dicit christ⁹. Qd cūq̄z petieritis pa/
trē ī noie meo dabit vob. Joh. xv. Ista ītuor optam⁹ esse ī
orōe nra cū dicim⁹. sctificet nomē tuū. Tria ꝑma tāgūt in ℟
qd dicim⁹ sctificet. ꝑm q̄ sāctū ꝑmo idē ē qd firmū. i q firmi
tas fidei. Secdo idē ē qd sine terra. i q vtilitas rei. Tercio idē
ē qd sanguīe tinctū ī q animi deuotio designat. Quartū tan
git ī ℟ qd dicim⁹ nomē tuū. De q noie dr Marci vl. In noie
meo demonia eiciēt. liguis loqntur nouis. serpētes tollēt. et
si mortifer qd biberit nō eos nocebit. sup egros man⁹ īponēt
⁊ bñ habebūt. Et sic terminat secda pars orōis dñice. in q op/
tam⁹ siue petim⁹ orōis efficaciā. Sequitur tercia ps ꝑnci/
pal' in qua docemur orādi modū et formā cū dicit. Adueni/
at regnū tuū. Circa quod sciēdū q̄ ab isto loco vsq̄z in finem
ꝑtinent sex petitōes: in q̄bus petimus omne quod ē nobis ne
cessariū tā ī vita ista q̄z ī alia. Qū enī tota pfectio hoīs ꝑsistat
in duobz. s. in declinatōe mali ⁊ psecutōe boni, iuxta illud ps.
Declina a malo ⁊ fac bonū. ideo ī ista orōe petim⁹ a deo ut no
bis cōferat omne bonū ⁊ omne malū auferat. Quantū ad colla
tōem boni ponunt tres petitōes. Qū enī sit triplex bonū. s.
bonū glie: bonū grē: et bonū nature. istud triplex bonū peti/
mus nobis dari. Nam bonū glorie petimus nobis dari cuz
dicimus. Adueniat regnū tuum. id ē regnū paḋisi. ⁊ ē sensus.

Ad cū dicimus

Ad hoc sit in nō xpi

Adueniat regnum

triplex bonū

O pater q̄ es in celis petim⁹ ꝙ regnū tuū adueniat nobis. i. ad nos veniat. Sz q̄re poti⁹ dicim⁹ adueniat regnuz tuū q̄ꝫ dicam⁹ adueniam⁹ in regnū tuū. Dico ad denotādū ꝙ gloria ꝑadisi nō habet ex ꝓpriis meritis. sed ex mera gr̄a dei. iuxta ꝟbū apl'i dicētis. Nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos sz ꝟm suā misericordiā saluos nos fecit. Jō dicim⁹ adueniat. i. gr̄a tua ad nos veniat. nō aūt dicim⁹ adueniam⁹. qz vt dictū ē ex meritis nr̄is nō possum⁹ ī illd venire. Nēo eī p̄t venire ad me nisi pr̄ q̄ misit me traxerit eū. vt dr̄ Joh. vi. De isto regno dicit Aug. loq̄ns ī ꝑsona christi. Venale habeo regnū celoꝝ. q̄d emit. pauꝑtate regnū. vilitate gl'ia. labore req̄es. tristicia gaudiū. morte vita. Bonū gr̄e petim⁹ cū dicim⁹. Fiat volūtas tua sic ī celo ꝛ ī t̄ra. Ad cui⁹ euidētiā sciēdū ꝙ hō vocat̄ in sacra scriptura terra. Vñ p̄s. Aīa mea sic terra sine aq̄ tibi. Vñ homī iusto dicit ibidē. Bñdixisti dñe terrā tuā. Angeli aūt ꝛ sctī in ꝑadiso existētes vocāt̄ celū. Vñ p̄s. Celi enarrāt gloriā dei. Est ergo sensus. O pater noster q̄ es ī celis. fiat volūtas tua ī terra: h̄ est in nob hoīb⁹ terrenis. sicut fit ī celis. i. sic fit ī angel' ꝛ ī btīs. Vel ꝑ t̄rā ītelligit̄ eccl'ia militās. ꝑ celū ecclesia triūphās: vt sit sensus. sic ī eccl'ia triūphāte fit volūtas tua. ita petim⁹ ꝙ fiat ī eccl'ia militāte. Que āt sit ista volūtas docet nos apl's dicēs. Hec ē volūtas dei sctificatio vr̄a. Et dr̄. fiat volūtas tua. nō aūt volūtas nr̄a. qz vt dic̄ christ⁹ Nō oīs q̄ dicit mihi dñe dñe ītrabit ī regnū celoꝝ. sz q̄ facit volūtatē pr̄is mei q̄ ī celis ē. Bonū ~~nature~~ petim⁹ cū dicimus. Panē nostꝝ q̄tidianū da nobis hodie. Et est sciēdū ꝙ panis dicit̄ a pan grece qd ē totū latine. In h̄ g̃ ꝙ petim⁹ panē petimus oīa q̄ sunt nob necessaria ad sustētatiōez hui⁹ misere et trāsitorie vite Nec ē illd ꝯ istd qd dictū ē sup̄ in ꝑte scd̄a tractatu q̄rto in ca. de orōe: vbi dicebat̄ ꝙ ī orōe nō sunt petenda tꝑalia. qd ē ītelligēdū ꝙ nō sunt petēda directe ꝛ ꝑ se. sz inq̄ntū sunt necessaria ad habēdū celestia ꝛ et̄na sic bñ possunt peti. Vñ Gre. in collecta. Sic trāseam⁹ ꝑ bona tꝑalia vt nō amittam⁹ eterna. Vel est intelligendū ꝙ nō sunt petēda ad suꝑfluitatem sed ad sustentationē. ꝛ sic petim⁹ ea hic. vñ dicim⁹

hodie. qꝛ nõ petim⁹ nisi inq̃ntũ est necessariũ ꝓ hoc die. Et ita petebat Salomon dũ dicebat. Diuitias et pauꝑtates ne dederis mihi: sꝫ tm̃ victui meo tribue necessaria. Et Paul⁹. Habẽtes alimẽta ⁊ q̃bꝫ tegamur his ↄtẽti sim⁹. Notãdũ etiã ꝙ triplex ẽ panis quẽ petim⁹ in ista orõe. Primus ẽ panis spiritualis austere penitẽtie. Iste est panis ordeace⁹ ratione asperitatis. Et de isto pane dicit̃ Joh̃. vi. Est puer vn⁹ hic habẽs q̃nq̃ panes ordeaceos. Isti quĩq̃ panes sunt q̃nq̃ partes ꝑfecte penitẽtie. scꝫ cõtritio. confessio. oratio. elẽosina ⁊ ieiuniũ. de quibus dictũ est in secũda ꝑte. Scd̃us panis est sacramẽtalis. scꝫ eucharistie. De q̃ pane dicit̃ Johã. vi. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descẽdi. si q̃s mãducauerit ex hoc pane viuet in eternũ. In fortitudine isti⁹ panis ambulãt fideles vsq̃ ad montẽ ꝑadisi. Tercius panis est materialis et tẽporal̃ substantie. De isto pane dicit̃ Gen̄. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et istos tres panes petimus in orõe ista. iuxta verbũ saluatoris in Luca dicẽtꝫ. Amice accõmoda mihi tres panes. Iste ergo tres petitões respiciũt collatõem boni. Sũt alie tres q̃ respiciũt ablationez mali. Circa qd̃ notandũ est ꝙ duplex est malũ. s. malũ culpe ⁊ malũ pene. Malũ culpe ẽ duplex. s. ꝑteritũ et futurum. ſm hoc ergo sunt tres petitões ablatõis mali. In prima petimus malũ culpe ꝑteritũ nobis dimitti cũ dicimus. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribꝫ nr̃is Ista debita sunt pctã iuxta parabolã christi. quam ꝓposuit Symoni leproso dicẽs. Duo debitores erãt cuidã fenerato/ri ⁊c. q̃ ꝑabola ſm glo. ĩtelligit̃ de debito peccati. Debita ista petimus nobis dimitti a deo sicut dimittim⁹ debitoribꝫ nostris. i. illis q̃ ↄtra nos peccauerũt. Et istud intelligit̃ de debito iniuriarũ quas debem⁹ remittere. alioq̃n si nos ñ dimittamus de⁹ nõ dimittet nobis. dicẽte christo. Pater vr̃ celestis nõ dimittet vobis nisi vos dimiseritis vnusq̃sq̃ de cordibꝫ vestris. Qua em̃ mẽsura mẽsi fueritis eadẽ remetiet̃ vobis. Si ergo vis ꝙ de⁹ tibi dimittat pcta tua. ⁊ tu dimitte illis qui ↄtra te peccauerũt. alioq̃n dicet̃ tibi. Ex ore tuo te

iudico serue neq̃. dicis eñ. dimitte mihi sicut ego dimitto. sz
tu nõ dimittis. ergo dicis q̃ tibi nõ dimittere debeã ¶ Sed
nũquid ille q̃ in fraterno odio dicit istã orõem peccat? Dico
q̃ nõ. quia nõ dicit eam in ꝑsona ꝓpria sed in ꝑsona eccl'ie. qđ
patet. qꝛ dicit. nobis ⁊ nõ dicit mihi. et cũ vniuersal' ecclesia
regat' a spũsancto ⁊ errare nõ possit. ideo nunq̃ q̃s errat dicẽ
do istam oratõez. In scđa petitõe petimus nos a malo culpe
futuro p̃caueri. cũ dicimus. Et ne nos inducas in tẽptatõez
¶ Notandũ q̃ temptatio aliqñ sumit' in bonũ. sicut ĩ Genesi
qñ dicit'. Tẽptauit de⁹ Abraam. ⁊ in libro Sapiẽtie cũ đr.
De⁹ tẽptauit illos ⁊ inuenit eos dignos se. Et đr de⁹ tẽpta
re duob⁹ modis. Uno mõ ꝑmissiue: et ita sumit' qñ dicit'. de⁹
tẽptauit illos. id ẽ tẽptari ꝑmisit. Et sic tẽptauit Job. Alio
mõ dicit' tẽptare vt oñdat aliis exemplũ virtut'. sic tẽptauit
Abraã vt oñderet virtutẽ obediẽtie ei⁹. ⁊ de tali tẽptatõe nõ
loq̃mur hic. Aliqñ etiã tẽptatio sumit' ĩ malũ. et sic ẽ duplex
Nã q̃dam est ab hoste. i. a demõe: et q̃dã a carne. i. inq̃ntuz ca
ro cõsurgit aduersus spiritũ. Tẽptatio q̃ est ab hoste non est
pctm̃ nisi ꝯsentiat' ei. ĩmo si resistat' sibi est multũ meritoria.
Et isto mõ christ⁹ fuit tẽptat⁹. de q̃ dicit Mathe⁹. Ductus
est iesus in desertũ a spũ vt temptaret' a dyabolo ⁊c. Tẽpta/
tio q̃ est a carne sꝑ ꝯsurgit ex pctõ. inq̃ntũ. s. ipa rebellio car/
nis aduersus spm̃ ꝓuenit ĩ nobis ex peccato p̃moꝝ parentũ
⁊ est materialiter ip̃m peccatũ originale. mõ ista rebellio q̃n/
tũ ad sui p̃ncipiũ nõ est in ptãte nostra inq̃ntũ dicimus q̃ pri
mi mot⁹ nõ sunt in ptãte nr̃a. sed resistere isti tẽptatõi siue cõ
sentire p̃mis motib⁹ bñ est in ptãte nostra. ⁊ ideo ꝯsentire tem
ptatõi siue sit ab hoste siue sit a carne sꝑ est peccatũ. ita q̃ si sit
cõsensus cũ deliberatõe est pctm̃ mortale. sed si sit cõsensus
subitus et q̃si surreptici⁹ est solũ peccatũ veniale. Mõ ĩ ista
petitõe nõ petimus vt in tẽptatõem nõ inducamur. sed vt in
temptatõe nõ cõsentiamus. Et ideo in ista petitõe nihil aliđ
petimus q̃ q̃ de⁹ det nobis virtutẽ resistendi tẽptatõni. qđ
apl'us ꝓmittit eũ factuꝝ dicẽs. Fidelis de⁹ q̃ nõ patit' vos
temptari supra id qđ potestis. sed faciet cũ tẽptatõe ꝓuentuz

vt possitis sustinere. In vltima petitōe petim⁹ nos a malo pene liberari. cū dicimus. Sed libera nos a malo. qđ ītelligimus a malo pene eterne. quod est simpliciter malū. Nam malū pene tēporalis potest esse ⁊ est aliqñ bonū. sicut bonuz fuit martiribꝫ sustinere multas penas ⁊ mlta tormēta. Uñ a tali malo nos nō petim⁹ liberari. sz a malo pene etne. ꝑm qđ petit ecclesia dicēs in canone misse. Libera nos q̄sum⁹ dñe ab oībꝫ malis ⁊c. In fine omniū petitionū subiūgit amē. id ē ita fiat. quasi cōfirmatio omniū petitionū. Sicut ergo ī orōe dñica sunt septē petitōes. in quarū prima petim⁹ orationis efficaciā cū dicimus. sanctificet nomen tuū. quasi dicamus. nomen tuū est sanctū et firmū. ita illud quod petimus in ista oratōe optamus esse firmū cū in fine dicimus. Amen id ē. sic fiat et firmū sit sicut petimus. Et ideo licet ista petitio sit prima in intētōe: est tamē vltima in executōe. In alijs sex petitōibus petim⁹ nobis om̄e bonum cōferri et a nobis omne malū auferri donec nobis hec omnia ꝯcedant. Et hec quantū ad nunc sufficiant.

Sed lib: nos a malo

De decem p̄ceptis ꝑ ordinem.

Capitulū III

Interrogāti iuueni q̄d faciendo vitā eternam haberet. respōdit christ⁹ Math. xix. Si vis vitā ingredi serua mādata. q̄si diceret. Ingressus in vitā eternam est obseruatio mādatoꝝ. Que q̄dē mādata sunt p̄cepta decalogi. Et dr decalog⁹ a deca qđ ē decē. ⁊ logos qđ ē ꝑmo q̄si decē mādatoꝝ ꝑmo. Sūt g̊ p̄cepta legꝫ decē. q̄ꝝ q̄dā ordināt hoīez ad deū. q̄dā ad ꝓxīm. Precepta q̄ ordināt hoīez ad deū sunt tria. ꝑm ꝙ hō ē obligat⁹ ip̄i deo ad tria. Sic ei vasall⁹ dz dño suo tria. s. fidelitatē vt nō recog̊scat aliquē aliū dominū. reuerētiā vt ñ faciat ei opprobriū. famulatū vt īpēdat ei debitū obseq̄uz. sic q̄libz dictamīe iurꝫ natal' ē obligat⁹ đo ad ista tria. Et iō q̄ꝫtū ad p̄mū ē istđ p̄ceptū. Nō habeb deos alienos corā me. Exo. xv. Quātū ad scđm ē istđ. Nō assumes nomē dñi dei tui in vanū. Quantū ad terciū est istud. Memento vt diem sabbati sanctifices. Precepta que ordinant